Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588891-p0001-9

155042

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588891-p0002-4

de [illegible]/sa

~~Articulo des~~

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588891-p0003-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588891-p0004-6

XIII. 3. 9.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588891-p0006-7

Samuel Lund,

# INDEX CONTENTORUM.


1 Responsum Helmstad. de Re Nummaria.

2 Consultatio, Quatenus Immissio Creditoribus, in fructus fendi, decernenda,

3 Ablösung fünffzig Calvinischer Lü-gen d. Hoën.

4 Predigt Vnsers Lebens Ebenbilds Secret. Arnoldi Scudori.

5 Consilia Antipestifera sambt schönen fragen Pansae.

6 Clarigatio familiae Alemannorum. Alemannorum familiae Iaspis M. Joh. Blocij.

7 Encaenia Sacra, bey renovirung der Dom Kirchen zu Lübeck an der Orgel.

8 Leichpredigt M. Dav. Laurentij

9 Leichpredigt in Obitum Thomae Mantzii

10 Leichpredigt Pauli Godefridi Coadjutoris.

11 Sterbelied Tempore pestis zugebraucht.

12 Informatio fundamentalis de Bohemiae Iure et Successionis Anno 1621.

13 Bedencken wie die Vnruhe, in Böhmen zu accommodiren. Anno 1619

14 Bedencken Pfaltzgrafen Friderico gebe Anno 1621

15 Copia Schreibens Königs in Dennemarck an die Abgesandte.

16 Copia Schreibens und Commission an Ihre Majestet.

17 Bedencken, Ob Caesari: oder Palatino die Cron Böhmen zuerkennen.

18 Aufrichtung Königs Academien und Consistorij Anno 1609

19 Gespräch, wie dem Böhmischen Vnwesen zu rathen Anno 1621.

20 Prägische Execution Anno 1621

21 Dennenmärckische Proposition am Kayserl. Hofe.

22 Johan Carionis, Prophecey-ung Anno 1620

23 Lamberg y Lüneburg, Vrtheil Anno 1620.

24 Wunder vber Wunder D. Joachimi Nicolai des Cometen.

25 Oratio Panegyrica ad Temperantiam excolendam Patientem.

6.

CLARIGATIO

# ALEMANNIÆ FAMILIÆ

SEORSIM DE

CONSULARI GLORIA ET MEMORIA

VIRI AMPLISSIMI Dn.

## JOHANNIS MARTINI ALEMAN,

Hæreditarij in Bönnekenbeck & Rodenſehe; qui, dum lumen ſolare teneret, Arx & Murus erat Curię; Princeps ac culmen Senati; cuſtos Legum; defenſor Libertatum; lumen ac decor Civium; Commune Bonorum Aſylum; Litterarum ac Litteratorum Pharos ac nobile Delicium, FAMILIÆ Senior ſuæ, ſemperq; viva Lampas, exemplar virtutum atq; intimus Autor, Dux ſimul eximius, Normaq; perpetua.

*Cujus viva facies illuſtri flore verno germinat excipuè*

IN VIRO, MUSIS, THEMIDE, GRATIIS FULgentiſsimo; Dn.

## JOHANNE ALEMANNO,

Viri tanti tanto Filio, quanto ad famæ præconium ſufficit; Patritæ Gentis ſidere conſpicuo: clarorum in Republicâ Magdæburgenſi Virorum Primicerio:

*Linquere qui ſimiles cupiens poſt Fata Dynaſtas, & Patriæ Patres*
*ſe Genitore Novos*

Ave felici; μοιρηδίῳ παλάμᾳ præeunte; oculis auritis, auribus oculatis, animo circumſpectiſsimo, ſelectiſsimam

*VIRGINEM*

Corporis, ingenij, Fortunæ, Virtutis ornatu locupletiſsimam,

## ELISABETH DUISEN,

VVILHELMI Conſulis Filiam;

Lectiſsimum illud Braſillæ ſpeculum; nobile Naturæ Roſetum; Cujus formæ nihil Ariadne aut Leda habuit ſimile vel amplius: pio ſibi matrimonio combinat.

*Hymenæis proſperiter adplaudentibus, ὅρᾶν θ' ἅμα arrigente, & audita viſa præſiſcini commemorante.*

M. JOHANNE BLOCIO.

*Magdeburgi, Typis* ANDREÆ BEZELI, *Anno 1620.*

## CAUTIONES.

*COndolentiâ & Commiseratione dignos esse rentur, quotcunq; divitiarum cumulis obsepti; genuini tamen Haredis expertes moriuntur; cui non Testamento quidem, sed jure transscribant illas in manum. Sors eadem illorum est, si Viri Boni vivant & demoriantur, encomijs habiti parum insignes.*

*Plin. lib. 1. epist. 5.*

STultissimum credo, ad imitandum non Optima quæq; proponere.

Putean. Cent. 1. Epist. 7.

*OPtimos quosq; imitari, optimum est. Ut dum summa affectamus, aliquam exprimamus partem.*

*Wilhelm. Cleric. disp. 15. de Vulgar. & pupill. substitut.*

LAudabile est, Hæredem ac successorem post se relinquere, utputa, qui sui personam repræsentet.

Aretius ad Pindar.

*VEterum illa Consuetudo fuit, in Clarorum Hominum Nuptijs, Heroum facta præstantium illustrare prædicando. Poëtis autem & Encomiastis illorum Oratoribus porrigebant Poculum, uti Versibus aut sermone Votorum concepto, Dijs & Heroibus propare Neonymphorum libare non grabarentur.*

*Ibid.*

ORatos in congressu Viros laudari, consentaneum est.

PROCLAMA

# SOLENNITATIS

Πρὸς Δαιτύμονας γαμήλιον ἦθος ἔχοντας.

NON ignobile fuit hoc olim ſtudium Optimatum; ut Imagines Majorum & Natalium aut in fora, aut in Muſèa domi collocarent; uti poſtfactis exempla præluſtria ſuperviventium induſtriâ novòq; Marte repræſentari commonerent. Sed cum iſtarum rerum conquiſitio liberalis, illis tantũ ex uſu eſſe cœpiſſet, qui promtiores eſſent à Fortunâ, & propinquiores à ſanguinis commercio: propterea ne ſuæ quoq; delectationis alij jacturam facerent, Inſignium, & qui de Reipublicâ meritiſſimi fuiſſent, Virorum memoriam unà ſervaturi; remedium etiam ei rei fuit inventum, ut ſolenni Panegyri ad cunctorum aures Viri Boni, Bonos laudando poſt obitum, multis potius in Memoriam obferrent; quàm paucis locupletibus nudæ imagines inviderentur. Proinde ſi Poëtæ Veteres & Oratores adhuc viverent, aut aliquâ Metamorphoſi reducerentur in Orbis & Ævi vitalis proſcenium; næ cum adplauſu ſibi dari cenſere vellent, ut celebrent celebritate dignos in omni Rep. Patronos; in illis autem ALEMANNORUM in Vitâ ſublimium Famam

Majorum & Parentum Imagines, ac Panegyricæ prædicationes olim uſitatæ.

*Salom. Neugebauer in Icon. & Vit. Reg. Polon. Caſel. in Effig. Ariſtotel.*

& Vitam post Fata florere, per omne Mundi seculum superstitem, persuasi. Horum autem exemplo si me quis jubeat, quod opto, facere officium; Aurificum opera m in istâ fulgenti Familiâ, si possem, exprimendo conarer: pro igni Artem; pro Auro aureos tot seculis ALEMANNOS, omniq; lege claros, meritisq; in Patriam illustres ad industriam tractare cupientior. Nimirum ut Aurum Ignis illustrat, & lucidum reddit; Ita Viros præclaros mediocrium de illis existimatio, & non adulans aliqua prædicatio.

Nec hodie-num infrequentes, & Jure.

Nec indignè mos Antiquæ Consuetudini geretur hodie; ut Icones & Elogia teneantur Eorum, quicunq; rerum pro Patriâ gestarum memoriâ & gloriâ Fata vivendo superare delectant se. Non sanè ut privatæ Arrogantiæ quasi monstrellum in scenas ducatur, & prostituatur alijs eridendum. Nam illa plerumq; Mentis exsilium Comitem ducere dicitur. Sed quia dulcis amœnitas & oblectatio est, Proventus è præclarè transactis laboribus. Atq; etiamsi sibi soli solida merces Virtus est, atq; decore sat refulgeat suo, etsi non tollatur aurulâ Gloriæ, veris ovans & acquiescens bonis; magna tamen merita magnis encomijs indigent; imo ipsa secunda Fama procatur istæc atq; ambit volens, ut umbra Corpori comes. Unde solenni lemmate provulgat ad quatuor Mundi postes, quod

*Dominic. Baudius.*

providens Antiquitas
*Contigua fana destinavit Cultui*
*Virtutis atq; Honoris. Hos enim decet*

*Clarere*

*Clarere Famâ, ornari Honore, laudibus*
*Ad astra ferri, quos benigna vi lacit*
*Vulgoq; ademptos consecrat Virtus sibi.*

& usu.

Adde quod alienæ prædicationis exemplum illectamento multis sit, ad bene sentiendum de Republicâ. Nam in quâ causâ vident antecessores allaudari; non sustinent eandem non implere simili facinore. Nec legunt solùm aliorum merita & famam; sed succum eligunt, & in suum sanguinem convertunt, quo fieri vividiores se posse destinant. Non utiq; omnes illorum peccata peccant, qui Virtutis & Sapientiæ quidem Encomia conquirunt, ut pellustrent; ipsi verò nunquam quicquam arripiunt, ut periculum in eodem faciant. Coquorum ista disciplina esset, odore se saturare; lauticias autem esculentorum & pulmentum, alijs obmittere perfruendum. At istis, qui rectè gerunt se, quasi Nautis mare pernantibus ἔρον πομπαῖον ἐλθεῖν solabile est, ut sine tædio domum venire laborent, uxoris, & Liberorum & post fata Famæ soliciti. Cæteri qui vident fieri, ut fit non rarò, meritissimi qui sunt, eos justis honorum præmijs spoliari, & in oblivionem dari facilius: his meritò faba Fortunæ cudenda videtur, tum perversitatibus rerum humanarum. At liberalibus ingenio, nunquam desunt obtrectatores? Pariter non deessent opinor, qui criminationes malevolentium exstinguerent, velut ignes aquarum adspersu. Non ferendum enim est, (sapientibus profectò, & quibus mens non pepon est) ut indoles

inſerta divinitus & exſerta publicitus, occidatur ab æmulis. Imò faciendum, ut vaneſcant conatus Livorum, & alterius ſive Virtuti ſive Fortunæ nemo nocere poſſit. Sed invidia ſit obſtaculo ſuis ipſius domeſticis, quos cum ipſâ perire cuncti plenis votis opprecantur. Et ſane dolendum eſſet, ita fore comparatũ, ut magnitudo facinorum planè dulcedine laudum compenſatum non iretur à plurimis, qui vel inſtinctu vel uſu propritim didicerunt; Cohoneſtatione Virtutis, rectè ſentientium mentes ad honeſtiorem ſempar actionem invitari, ut inflammentur. Et condimentum eſſe benè geſtæ rei conſumtorumq; laborum; ſi nobis animos ad lætitiæ tripudium æſtimatio publicæ dignitatis allectet. Arbor à rore matutino creſcit, & tendit ad ardua: item Virtus à Bonorũ encomijs atq; teſtimonio. Pyramides etiam olim exſtructæ ſunt, ut ab inertiâ Cives abſtraherentur Exiſtimationum exemplis ad induſtriam neceſsariæ Virtutis. Quarum exempla ſi proponi negligantur; facilè fit, ut in Lethes Aquam ſcribatur aut oblitereEt Exemplis. tur ipſa Virtus. Demum nemini homini vîcio verſum unquam fuit, ut traheretur æviternæ ſtudio laudis, Nec indignè fieri cenſitum, ubi Themiſtocles aut aliquis Summas Reipublicæ ἀκρόαμα ſolennius advertat. Jam cuncti ſciunt, plures certè ſcire convenit, nec falli, nec fallere quenquam, qui fateatur harum rerum Argumentum ingens ab inſignibus ALEMANNÆ Proſapiæ proceribus in attentionem omnium obferri. Non ignoramus, Peregrinas Laudes & adſcitum encomium, quam parum illud juvet;

nec ipsos illud desiderare: Id quod Prudentiæ illorum adscribendum est, Largietur nobis tamen, O CIVES, hanc Libertatem illa ALMA VIRORUM gens, ut Modestiæ cultum & emeritas à Verecundiâ nostrâ laudes ad tholum Antiqui splendoris eorum, ausimus cum Bono Genio deponere, nec Asanegorum infamiam illidere nostris cervicibus, apud quos Virtus & Honos olere pessimè dicta sunt, perpeti possimus. Agedum ALEMANNIA Nobilitas, *fume superbiam quæsitam meritis!* Et tu florida Progenitorum Palma, qui prodis hodie splendidior cum *Ariadna* DUISIÆ comitatu tuæ non simplici, proter nobis Opes & thesauros Famæ Vestræ; aut potius Imagines illas vivis coloribus animare făc periculum, ut producas in propatulo; vel audi sis, quanto præconio tui CIVES non omnium sed unius Amplissimi, JOHANNIS-MARTINI Parentis Vestri merita mactando coronent. Et qua contentione sperandi Optimus quisq; suspiciat Te futurũ, ut illius absentiam pulcherrimis res benè gerendi exemplis resarcias; nec fiduciam à cunctis prolixè de te conceptam, irritam fieri patiare. Quos enim eadem sanguinis propinquitas conjunxit: non decet Eos inæqualitate successionis disjungi. Magnum illum Autorem tuum dignâ prædicatione censeri ut juberes, Justiciæ tuæ conveniens, nec Pietati dissentaneum esset: Nam Filius strictè defendere debet Patris æstimium: dum quilibet præsumitur appetere honorem agnationis suæ. Verum ingenuo pudori

*Richard. Dinoth. in Adversar.*

*Filius enim talis præsumitur, qualis est, vel fuit, Pater*

*D. Henr. Husan.*

*Schneidewein & Panormitã. l. 2. cons. 65. cas. col. pen.*

tuo

tuo vim facere, immodestum esse præputas. Ninus quidem Assyriorum Rex Belo Patre mortuo, fecit ei simulacrum ex Auro; Tu si tui Genitoris effigiem novis imo vivis Imaginum exemplis, Prole puta, Patriæ statuas & relinquas Avitis hæredem Bonis; jam tum impleſti, quod necesse fuit. Nobis verò si nihil prius est, Parentis tui laudibus, ex quibus Te nobis piâ spe deinceps ad vivum effigiamus, (nam in Te nactæ jam sunt antitypum, ut per progeniem feliciter propages) nos etiam quod Bonos oportet, præstitisse videri volemus.

*J. P. Veitz. in Semiram. p. 22. ex Joan. Thurocz. Chron. Hungar.*

*ALEMANNIA.* Frugi & nobilis *i.* Antiquitate.

Sed redeo ad Vos, unde digressus sum, ô Cives; & meministis quidem quod Periodus fatalis in quorundam Gentilium felicitatem totis ire quasi quadrigis solet: quarum ut initium, ita finis est. Ubi nec hoc immemorabile visum fuit, quòd semper fere, priusquam aliqui Natales antiquitate Nobiles exolescunt & non deletili Mortis spongiâ subducuntur; sive siderum, sive parentum culpâ vel abortuosi, vel alij manci matrum partus in usuram ævi mortalis edantur, quibus cum eorum exitus haut rarò combinatus expirávit. Intra sexcentum Annos in Austriâ quingentas ultra mille Familias & amplius, esse exstinctas testes perhibent fide multo dignissimi. In urbe nostrâ proximis annis sepulta est familia Ronnebitziorum Equitum; & Gerbrechtiorum; & Beventenorum, & Losyorum, & Odyliorum, & Wantslebiorum, & Scartoviorum, & Sandoviorum, & Lindoviorum, & Jægerorum, & Hogenbodiorum, & Do-

*Frider. Achilles Dux W Virtemb. in Consultat. pag. 735.*

lenorum

lenorum, & Lutzerorum, & Germerslebiorum, & Feurhakiorum, & Wennemarorum, & Engelorum, & Sturmiorum, & Ampfurdiorum, & Hakeborniorum, & Gödekeniorum, & Dorrerorum, & Mullerorum, & Rubinorum, & Dotequeniorum, & Hohnſteiniorũ, & Slanſtediorum, Sangerhuſiorum, Brandiorum, Hardeſtorpiorum & à Borch & Klumpſilberorum, & Kroſichiorum, & Sturmiorum, & Ruloviorum, & Zieringiorum, & pluriũm.

Extra hunc ictum tribus ALEMANNA manet & Rhodiorum, & Weſtphalorum, & Lentkiorum, & Moritiorũ, & Lemmiorum, & Kellerorũ, & Sültziorum, & Mullerorũ & paucæ plures ab annorũ ſitu carieq; temporis oblivioſi nihil metuit, quia nihil illorũ admiſit, ſed partam à Patribus nobilitatẽ progenies auxit undiquaque nonvitioſior (Horatij ſenſu) ſed ad ſolertiam indiẽ propenſior. Ut merito ſit ipſis gratulandũ, & beneprecandum amplius, uti felici Fœcunditatis tramite pergere pergentes non deſinant. Et quidni? Senatus Romanus, cũ uni Neroni de Poppæâ filia naſceretur, FOECUNDITATI Templum decernebat: Nos tantæ tam diffuſæ in Patriam Urbem genti aliquem votorum applauſum invideremus? Jam ultra quingentos jugiter annos in urbe noſtrâ tum in Senatu tum principatu Magiſtratuum ſemper ab initio floruit, recenſente V.C.D. *JACOBO ALEMANNO, digno, cui privata ſimul: cui publica plaudant: Cui faveant, quicunq; volunt ſibi Jura favere.* Perpaucos illorum in numerum cogam, qui jam à vicinioribus annis merito ſuo ſe fecere clariſſimos;

*Tacit. lib. 15 Annal.*

*D. Thom. Franz.*

*Anno. 1318. 1363. 1390. 1446. 1479. 1507. 1509. & deinceps. hi Abi fuerunt sponsi nostri.*

Betke, Heino, Johannes, Ludovvicus, Henricus, Fridericus, Thomas, Mauricius, Ebelingius, Johannes, Georgius, Heino, Ludovvicus, Martinus, Ebelingius, Thomas, Christophorus, Martinus, Johannes Mauricius, Casparus, Johannes, à quibus lampada Reip. sumsere Sponsi nostri *JOHANNES MARTINUS* genitor cum fratre *MARTINO*; à quibus illa vicissim porrigitur Ebelingio, Casparo, Martino Martini, Martino Johannis, Martini Filijs. In his inquam, & alijs illa semper floruit. Floruit autem? imo florem non defecit unquam, sed ad hos, quos noviter nominavi, propagavit, nec in hodie solenni splendidoq; sponso *JOHANNE JOHANNIS MARTINI* floccifiet, imò à Consularibus ortum atavis ipsum ritu Consulis-Parentis ex se dare nobis & Reipubl. Consules instituet. Ut nunquam illa celebritas eat in oblivionis ergastulum:

*S. Simon.*

*Hac Mavortiá corda*
*Productæ venere ex manu;*
*Artibus quoq; imperandi*
*Instructissima nomina.*
*Hinc & Senati fulgurant*
*Culmina, consilijs adulti*
*Patres.*

Ita semper excellens altæ propaginis successus & copia meruit, uti jure beati scriberentur, quod Ordinem cum Bonis Viris & non nisi Virtute præclaris jam ante Fata quivis perinde nunc etiam in Beatorum insulis, obtinerent. Nam ubi quemvis

robur

robur virilis ætatis acceſſerat, nedum Civibus indolem de ſe perſpectam; ſed cunctis juxta mortalibus æquè cognitam reddere conati ſunt, quaſi quibus ante oculos eſſet Æternitas. Viros igitur exercitatos, & vigilantes, & quamlibet ſubitis paratos ex illis Reſp. vidit. Opum etiam abundantiam ad numeravit hiſce ſemper avitæ quidam Fortunæ proſpectus alacrior, quibus ſtabilimentum ſuæ Virtutis eſſe commune perpetuo meminerunt. Et appoſitè! Sine illis enim ſi ſit, pleriq; cœteri iſtam habere rentur inanem. Alij inertiſſimos haut rarò, medijsq; domi cum voluptatibus & obſcœno nugarum volutabro ſe volutantem ſtolide plus demirantur & ſuſpiciunt, quàm Virtutis excellentem. Decepti novo diverbij monſtro: *Divitijs adfluit ille? Oportet Sapientem ex illarum copiâ cenſeri.* Perverſa fæx! præpoſteri tectores, tinctores! qui machinis harum rerum nonnihil elati perſuaſere ſibi jampridem in nubium non libripendio, ſed una ſede ſiderum, non erraticorum certè, ſedere fixos: interea ſecuri & immemores de Civibus quid faciat ille vel iſte Bonis, Virtutem omnem non æſtimant niſi à Facultâtibus. Ut tanti quantum habes, fias: & prima ſapientiâ ſit: *Pecunia Viros facit, uti Magiſtratus oſtendit.* Illa & Anima & Sanguis eſt iſtis mortalibus, quâ qui caret, nec ſibi parârit ſedulò, eum inter larvas & mortuos ambulare criminantur. Veterum inſigne Patriciorum erat alere capillitium; Græciæ quoq; Lege hoc munus illorum, ut opum ſplendore fulgentes Hippotrophiâ conſpicuâ ſervire Patriæ vellent, & augerent ipſam à proprijs facultatibus. Nec jucundum duntaxat

2. Opulentiâ & verò ejus uſu.

*Eraſm. è Græc.* τὸ ἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτῶν ὅστις δὲ μὴ ἔχει ταῦτο, μηδὲ κτήσατο οὗτος μετὰ ζωόντων τεθνηκὼς εἰκάθη.

esse rebantur, ut facerent sumtum in generosos usquequaq; caballos illi qui sanguine præcellenti nati sunt: Sed & Patriæ necessitas & splendor Familiæ multonimis illud postulare videbatur, ut facerent. Et hoc qui non studuissent Antiqui, eos prærogativâ dignitatis & loco motos esse percepimus. *Sic ut Barones dici non posse censerentur, nisi potentes essent ad tenendum Equos & Arma. Et licet Nobilis haberet centum scuta in bursâ, de quibus vivere posset: dictus tamen pauper fuit, si tenere non posset statum & dignitatem.* Quod Nobiles Civitatum quoq; Familiæ suum esse voluerunt, ut Equestres aut Patriciæ inde se dici paterentur; expertæ, quam glorioſum sit & idoneum ad defensionem corporis habere Optima Jumenta. Honorati Lunæburgæ Salinatores hanc quoq; curam non insuper fecerunt, ut dociles suo modo Virtutum Equos ad equestre Nobilitatis Studium, & in pompam hodienum alant, eosq; quotannis statis & statis Bacchanalium Exercitiorum campis & compitis producant in atrium & conspectum Urbis Amplissimæ. Horum ergo sensu censuq; multorum Sapientium Equestris illa copia argumentum est bellicæ Virtutis, & Opum, & Justæ Fortitudinis. Cæterùm alias etiam opes à Deo πλουσιοδωροτάτω concessas huic Familiæ agnoscunt & venerantur almæ Liberalium Artium Litteræ, quæ conatis ipsorum alacribus impendunt se & producuntur in usum & communes Patriæ fructus. *Nobiles olim in Civitate* hi quoq; dicti sunt, quicunq; præci-

*Ripa tract. de Peste. Nebi Zan. silv. Nupt.*

*Plat. Matt. Schilber.*

*Joan. Simonius de Bono Principis*

3. Virtute Fortitudinis & Eruditionis. Nobiles unde dicantur Familiæ in civitatib9.

puis

puis è familijs orti, propter Virtutis Excellentiam & principatum Eruditionis à plebe promiſcuâ ſecreti ſunt. Atq; iſti *Patricij* dicuntur hodie; quorum appellatio ducit originem à Romulo. Suos enim ille Cives in duas ſimul gentes diſperſit & diſpunxit: quarum una *PATRUM*, altera *PLEBIS* erat. *PATRES*, cœteris Genere, Virtute, Copijs & Eruditione, quantum poterat, antecellere oportebat: eſſe quoq; *PATRICIOS* Plebium Patronos inſtituit. Promtum hoc *ALEMANNIS* eſt; De Neminе Superiorum ex inſigni Familiâ dicam amplius, quas cum Parthenopoli Patriâ Rationes Acceptî vel Expenſi contulerint: unus Ille

JOHANNES-MARTINUS ALEMAN

*Satis Exemplum eſt, ut experiamur, an Urbi noſtræ plus*
*Ille vivens, an Patria ſplendida debeat interemto.*

Noſtrum igitur non jam *VENERIS* Urbem vide & conſidera, *ô HOSPES*, ſed *Palladis* potius Templum hoc obſervare memento. *Parthenium* olim erat *MINERVÆ* Fanum Athenis memorabile. Cur hæc ipſa Civitas induſtriæ & ſolertis Minervæ potius Palladium; quàm ociobundæ ac laſcivæ Veneris Speléum eſſe dicenda ſit, probari poſſe video; ſi *PARTHENOPOLEOS* illuſtre & illibatum nomen aſſervare poſtulemus. Nimirum & *MINERVA* nuda viſa fuit: eadem *GRATIAS* Virgines in ſatellitio ducere; & inſtituiſſe Virginum

Patricij qui, & quales.
*Azarias Sturtz diſp. 2. Jurid. Polit, de Civit. & Civib. th. 3. lit. B. KecKerm. lib. 1. ſyſtem Polit. c. 15. Sigon. lib. 1. Antiq. jur. Civit. Rom c. 7.*
qualis unq; inſtar Multorum.

Dn. JOHANNES MARTINUS ALEMAN certamen iniit cum PaTRia-MAGDEBURGa non à VENERE [ut fabulantur] ſed PALLADE nomē habet. PATRIA ſuapte clara. Natal. Comes. pag. 366.

certamina, nō dicitur tantùm, sed sive Poëtis sivè Historiographis quoq; creditur. Adsentit & ille rerum omnium Sublunarium accuratus Censor, accinens:

*Jul. Cas. Scalig. in Urbē Magdaburgam.*

*Vos Ego magnanimis invictos Saxonas armis*
*atq; graves Martis turbine canto Duces:*
*Non Macedo tu Miles eras. Sic Graecia mendax*
*facta tua in laudes transtulit alta suas.*
*Non veteres huc te quondam misere Britanni,*
*quin jam servivit terra Britanna tibi,*
*Ipsa Tua es: primumq; Tuis cum montibus orta;*
*cum Cœli ipsius Finibus orta tui.*
*Dives Agri; dives quaesita Vestris, & Auri:*
*Gens, dubium est, ARMIS JUSTici Ane Prior.*
*Est Hominis, Patrijs alios bene vincere telis;*
*Justiciâ Teipsam vincere velle, DEi est.*

Huic, liceat, ut combinem Cæsareum & Regium Ranzovij & Rhodi Poëtam:

*P. L. P. R. in Urbem Magdaburg*

*Quicquid es, & quod es; id meruit tua* masculaVirtus;
*Mens constans, Pietas enthea, eana Fides.*
*Multi inferre tibi stuprum voluêre, sed usq;*
*servasti solitum VIRGO Pudica Decus.*
*Ob quod Divorum Generosa Propago vocaris,*
*nonne DEI est? pro quâ dimicat Ipse Deus.*

Quæso, quid illustrius in urbem vestram dici potest? ô Cives, quis insignitè magis eam prædicaverit? O servate, servate Florem illum Pudicitiæ ac Nominis, & Favorem æviterni Numinis. Addo

quod

quod excellentes Juris & Politicæ prudentiæ primicerij, cum Hiſpaniarum jactantia, Gallicarum & Italarum Urbium pompâ, cæteris per illuſtrem Germaniam Urbibus *MAGDEBURGUM* & contraponere, & ad latus illarum collocare civitatis hujus amplitudinem & magnificentiæ Majeſtatem, tum amœnitatem & hominum copiam nondubitaverint.

*Hippol. à Collibus cap. ult. de Increm. Urbium.*

At O tu *MAGDEBURGA*, gemmula Saxoniæ, Ocelle & décor Urbium, veræ Religionis hoſpitium, Sarepta & officina; Sanctæ Juſticiæ Archivum; liberalioris diſciplinæ Palæſtra, litterarum & mercimoniorum emporium, Hanſeatici fœderis ornamentum, ô tu vera *VIRGINUM* Arx iſtum Virum iſtam Animam tuam oſculare venerabilis, de quo verè dici poterat,

*Hic Patriæ Decus eſt: Decus eſt Huic Patria Civi.*

Jam ut hæc meljus perſpicias & attendere poſſis, agedum ó tu incorruptum *JEHOVÆ & VERITATIS* ejus *Palladium*

*JOHANNES MARTINUS ALEMANNUS*

Poſtquam præclarè in omnibus Inſtitutionis generibus conſpicuus eſſe cœpiſſet, per Ætatis gradùs honeſtè ſese exercitans, omnibus juxtà morigerus, nec non gratum faciens quibus conveniret, Parentibus, amicis Familiaribus; aurium operam & animi fideliter applicavit celeberrimo Præmonſtratori *MICHAELI TEUBERO*, *JCTO* in Academiâ VVitebergenſi præclarentiſſimo; à Cujus

*Ita laudat Roſtochium Nobiliſſimus Dn. Azar. Sturtz Hiſtoriar. Doct. & Profeſſ. in Oration ſecular. Jubilæ. Academiæ Roſtochienſ Anno M.D.C.XIX. a.d. 12. Novēbr.*

clarior Virtutibus Boni Civis qui fuit Dn JOHAN. MARTIN. ALEMAN præclariſſimus Ludovic. Ligius &c. i. à Litterarum & ſcientiæ conjugio.

infor-

informatione limpidâ, Reipubl. gerendæ Virtutisq; tuendæ Artem brevi temporum ſpacio, non bibit, ſed imbibit ad fundum uſq; Pectoris, unde poſtmodum velut Apolline

*Callimach. Hymn. Apoll.*

θυόεντα πέδῳ λείβωσιν ἔλαια,
Ἀυτὴ ἡ παναίκεια ἐν ἄσει δ' ὤκεν ἐκεῖναι
πρῶκες ἔραζε πέσοντο δ' ἀκήρια πάντ' ἐγένοντο.

Cœteri, quibus apertus eſt Prudentiæ Oculus, ut in Republicâ recte adminiſtrandâ abſque adjumento Litterarum ſe profecturos putent, aſſequuntur illud viâ ferè duplici. Aut enim à Naturâ divinitus affecti ſunt, cujus inſtinctu quidvis obvium ipſi per ſe comprehendunt, providenti, intelligunt; aut Experientiâ Civili crebrisq; caſuum varietatibus & mutatione rerum cautiores evaſerunt, ut proſpiciant, quid ex uſu commodoq; ſit Reipublicæ. Qui quidem Viri Boni ſi ſunt, legibusq; in Republicâ conſtitutis omnia moderantur, meritò laudandi: quantumvis Imperfectâ ſuâ Prudentiâ confiſi. Sin mali, tanto magis exſecrandi, quod modum gubernandæ Reip. neſcientes, ingenio ſuo cuncta commodoq; domeſtico metientes, Patriam tumultibus, ſeditione, ſæpe cœdibus quoq; complere contendunt. Ille vero, *CIVES*, de quo vobis differo *ALEMANNUS* liberalium Virtutum non æſtimator tantùm, admirator etiam Studiorum erat; ex quibus pronum ad Honores iter ipſe ſternebat ſibi; & iſta quæ jam didicerat ad gubernacula, quæ ſuſciperet, admovere nunquam fuit aut immemor aut indocilis. Nimirum ſcientiâ

*Joach. à Brugk Embl. Goslic. de Opt. ſenat. lib. 1.*

Boni Civis in tantùm illustris est, & consolidata fit demum, si spebus & contentioni Bonorum respondere se præparaverit. At Juvenibus callidis, non tam sua Salus curæ est & fortuna domi nascens, in quâ præcipuè sunt adiuti à Deo; quàm Pietas & Industria in augendâ Utilitate Reipublicæ, quæ consistit in *RECTO JUDICIO. SANO CONSILIO. CORDATA PRUDENTIA.* Quæ de Amphiarao prædicavit Æschylus, quod esset σώφρων δίκαιος, ἀγαθὸς, Εὐσεβὴς ἀνήρ, ΟΥ ΔΟΚΕΙΝ ΑΡΙΣΤΟΣ, ΑΛΛ' ΕΙΝΑΙ ΘΕΛΩΝ. βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς ναρώμενος, ἐξ ἧς πεδνὰ βλασανει βλεύματα hæc penes *ALEMANNUM* erant. Propter quæ sequebatur illũ Admiratio, non secus ut Umbræ Corpus. Et ideo præstantem in Republicâ Virum omnes amantes & suspicientes ejus imperio sese sponte tutoq; submittere velle confidebant. Arcessitus in senatum est. Nec fortuitò: Nec improsperè. Statim in limine, velut ungue Leo, perspectus ex Virtute fuit, Esse qui sciret Patriæ Consulere, Civibus parcere, regere mores, urbi servare quietem, & seculo Pacem suo. Quæ summa Senatorum Virtus est. Et hæc meta cui posita non est; næ ille minimam officij partem implet. *Senatores speciosæ clarissimæq; personæ sunt*; Hoc nomen & Veritatis titulum quomodo ille meruerit, omnium vitæ generum epexegesi ut demonstrem, isto me sublevat, quia nactum esse spero Censores,

2. Senatoriâ Prudenti

fores, qui leni linguâ delibata altissimâ indagine persequuntur. Deus ipse ditabat amplius industriam Senatoris maturo CONSULATUS autoramento. Nam

D. Johan. Kegler ad Christoph. Brunon.

οὐκ ἐθ' ἡγήτωρ βλαῖς καὶ χείρεσ' ἄρις
γαίαν ἐπὶ ζαφορῃ παυθμάτως κρατέων·
Ἀλλ' ὁ θεὸς πρόπατρος πανυπέρτατα δώματα ναίων
ἐξ ὃ ὠφέλιμον πανταγαθὸν πέλεται·
Δῶκε βροτοῖς λιμὴν βασιλῆϊδα κῆρ περὶ ἀνδρῶν
πᾶμπόλλων κατὰ γῆν ἄφθιτον ἔνομ' ἔχειν.
Ἐν θεσ ἔμμεν ὀπχονίων δοκέειν θεὸν ἄλλων
ἠδὲ κλέος πάντων κείμενον ἐν σομασι.

Deus idem instinctu peculiari sanxit, ut omni conatu, quasi flagrans aliquâ siti, conquireret id quod Viro Bono, Civi meliori, semper amicum, sine votorũ præconcepto, summum esse decebat: cujus cuncta sunt gratiâ; ipsum sui plenum, maximâ gaudiorum oportunitate confertissimum, nulli serviens, omnia sub se moderans. *Sapientiam & Prudentiam.* Sine quâ nonnullos τρέχειν τῶν Φρενῶν infecit & in errorem rapuit ambitiosior animi commotio, quâ Iram, quâ Odium. Temeritas & Audacia quàm plurimis obesset, perspexerat. Diffidentia [*prudens quidem recti Consilij vitium est*; sed cœtera] non paucos loco movit, & excussit Honorum ephippio, quo maximâ cum existimatione se stitissent in aream Reipublicæ: Sed violenter excussi ſpebus & bonorum votis ob errorem timidi, defraudarunt se, & aliovorsum abrepti dolore se maceraverunt; nec alijs nec sibi providentes, aut prępostere sapientuli. Ante fa-

Sey witzig Welt ist spitzig.

ctum

ctum Italos & Hiſpanos; in facto Gallos; poſt factum Germanos & Helvetios ſapere, fortaſſe Germanomaſtygum eſt proverbium: & vituperium; verum meus ille fecit, ut eſſet iſtud mendacium: nam qui Calumniam hanc CONSULI impegisſet, inventus aut non eſt, aut Veritatis ſcutum obtinere non potuit, aut poterit quando gaudentia frigore Rapa nobis deferet, qualia in Cœlo Romulus eſſe ſolet. Hoc potius illi nobile & planum erat: *PERPENDE, DEINDE OPERAM IMPENDE.* Nec ſemper in Conſilijs pendebat Oculis externis aut alieno ſuaſu. Quippe non feliciter ſatis ſuccedunt, quæ vel auribus vel oculis, vel linguâ peregrini perpetrantur.

*Martial.*

*Nulla lues citius generoſas deſtruit Urbes,*
*quàm rerum Externis credita Cura Viris.*

Νόει ἠ πεφάτω. Eh wigs dann wags.

Ergo igitur juſtum modum fidis in conſilijs tenuit ipſe, NEC TIMIDE. NEC TEMERE. Sed interutrumq; CAUTE, & ſanè PONDERANDO.

In Converſatione Civium & βιὸν πεπαδμένων, quos vocant, ita manſuetus erat & humilis, ut interea regnum Autoritatis ſuæ teneret. Μηδ' ἄφιλος, μηδὲ πολυφίλος, ἀλλὰ φιλόφιλος. *NEC IN SUBLIMI* volitare cupiens, *NEC* idoneus tamen volutare ſe *SUB LIMO.* Nihil ſibi vendicans, eo tamen adſequens omnia. Semper infra aliorum æſtimationes ſe metitus, vultu, vitâ tranquillus, exſomnis animo. Afuit autem ejus congregatio Hominibus, à quorum Adulatione nævis amicorum Alimoniaſup-

3. Humanitate ſeriâ.

*Vell. Paterc.*

*Adulatores Dominorũ arriſores & arroſores.*

perit, quiq; se semper Magnæ Fortunæ comites esse fatentur. Neq; propudio ab illo ductum fuit, hilarare se mediocribus convivijs ut Vino mergeret, non se, sed pertinaciores à Curiâ Curas. Uti nec Catoni vicio versum est à Sapientibus, ubi poculis nonnihil rorantibus animum iste laxaverit. Nimirum ἰαῖς μέσαις τὰς χάρις συγκαλαμιγνύς. ἡδίσην συζυγίαν.

Cæl. Rhodig. lib. 28. c. 21.

Frequentabat ore polito: Symbuleutas ebrios in Republ. lege *Solonis* apud Athenienses esse Morte multatos. Ad Convivia qui tardius accessissent, modeste ferre poterat: Cœteros, qui morarentur in illis, ad Noctis usq; meridiem, eos ferè despicatui ducere visus est. Poculis interponi sermonē oportere censebat: non super tortuosis Titi aut Semproñij casibus, & anfractuosis Curiæ negocijs; sed jucundos, sed illecebrâ voluptatum nedum amœnos, verum etiam ex usu futuros auscultanti. Cœteras vitilitigantium & disputantium altercationes & clamores, *VINOSA* est *SAPIENTIA*, nominavit.

Non minus quàm fulmen torsisse *JOVEM* fabulantur: ille sermonem quo vellet flectere visus & auditus est

*seu fera munera militiæ;*
*seu Pax jucunda vocaret.*

4. Felici E. loquentiâ

Ea se vis Orationis exserebat ex ipso, ut delassatos à liticulis forensibus animos reficeret atq; recolligeret,

ut

ut Æacus Jovis & Æginæ filius hominibus in Insulâ Æginâ cunctis peste consumtis reparavit humanum genus è formicis sermonum industriâ. De Pindaro non fabulantur quidem, sed studiosè narrant, in ejus ore mellificium: & in Platonis, omnino favum ab Apibus esse confectum, videlicet Eloquentiæ præsagio. Neq; mentiri dicatur, qui melleum ALEMANNO saporem eloquendi influxisse dicat; & sapientissimis quasi granorum copijs eundem applutum & oppletum omni ævo suo vixisse. Quæ res cui singulari à Dijs dono concessa fuit, eo Rerumpublicarum & statum & vigorem nemo melius aut utilius fovere, producere, conservare putetur, teste Ulr. Zasio, quem Erasm. Roterod. appellat

*Bocçat lib. 12 c. 45. & lib. 7. c. 57.*

*Ælian. lib. 12 c. 45. var histor.*

*Decus admirabile Juris.*

Vir Bonus enim & Eloquens Patriam legibus fundat, tutatur consilijs, lites dirimit, populares tumultus placat, virtutibus ornat Civitatem. Et omnino ad quascunq; res honestas, Cives præstantibus suis sententijs permovere promtus est. ut ita Civilis societas, pace, concordiâ, legibus, ordine, saltem Eloquentiæ præsidio sustineatur.

Ad Mensam ejus Favonius nunquam vela contrahebat: parcus in amicos virtute merentes nunquam erat, ne tenax sane quærebat ansas, inveniebat occasiones, ut gratum amicis oportunè faceret; idem etiam esset MERITO non FAVORE & RE magis quàm VERBO. Recte. *Factis enim*

*5. Liberalitate regia.*

*delaratur animus & voluntas: & illa fortiora sunt ad ostendendam voluntatem, quàm Verba*: JCTI dicunt,&

Pulchra est Concordia Cordis & Oris.

*Bene facere igitur*; *Bene audire*; *Bene utriq; frui* ALEMANNIO ut esset, ipse fecit Vir demerendis Hominibus natus. Reliqua ad Vulgum iners segregata plebes

*P. Lindenberg. Nebizan.*

*Plumbea vix præstant, qui sæpius aurea spondent.*

*Senec.*

Sæpe promittentes, & rarò dantes, faciuntq; *ut Religiosi, qui decies pulsant Campanellam pro dicendo unam missam.* Beneficium autem lentè datum & morosiusculè; illud est simile Pani lapidoso; quem à Famelico edi durum est, sed necessarium. Neq; sanè de muneribus alienis, tamam liberalitatis quasi quadam avaritiâ metitus est, uti Peruviæ Rex Attabaliba dixisse dicitur, Papam insigniter fatuum & impudentem esse oportere, quod aliena tam liberaliter largiretur. Alijs Avaritiæ Caurum insufflasse fibras Græcorum&Romanorum historiæ luculenter testantur, ut nihil ex odorâ suavitate benevolentiæ respirare ab illis potuerit. Quo factum est, ut longè populorum animi ab illis deterrerentur: nihil boni se sperare posse timentes ab eo Principe, qui ad congerendas divitias inopumque sanguinem exsorbendum adeò esset proclivis. Aliâ virtutum solennitas suavissimos ALEMANNO Comites ducebat: OBLE-

*H. Benzo in Histor. nov. Orbis lib. 3. c. 3.*

*Joan. à Jesu Mariâ in Institut. Princip.*

CTAMENTUM

*CTAMENTUM* & immortale Voluptatis lenocinium. Quidni? Liberalitatis post mortem manet Encomium. Nautæ felices futuri, vela semper pandunt, Senatorem item oportebat Liberalitatis vexillum: præsertim ubi meminit, ut venetur æviternitatē Beneficentiæ. Hujus enim rei studium unicè cōmendabile ad posteros transscribi cuncti comperti sunt. Auri profectò semp maxima vis est, omnia superans, & vel invicta deprælians; sic ut hominum judicio facultatibus omnibus antecellat. Non Virtutis aliquando censuram sibi quoq; permisit? puta Studiosos ejus Divæ propositis quasi præmijs largiter invitans & promovens sine tædio. Veritatis tamen Prolyta noster *ALEMANNUS* testabatur hoc etiam, quod sit prima felicitas, gaudere posse justè partis opibus: alteram, illis esse contentam: tertiam in harum medio nominis adsequi Famam, per tempestivam illarum erogationem.

Occupatior igitur *ALEMANNE* eras in Opum largitione, quàm sordidi curâ quæstus: & tutum πολυθρύλλητον memorabile: *Vanissima res Opulentiæ est; quæ caret usu liberali*: Illos, qui sūt albulis mentibus (phrasi Pindaricâ) & levi spumâ suffarcinati; ingenio suo perfrui mittebas, ut lucri cupientiores quam existimationis studiosos esse se fateri auderent.

Nec necesse duxti, semper & quibuscunq; propalare Veritatem Consiliorum. Quod magnum momentum est ad stabiliendam Remp. & haut

6. Veritate egregiâ

fra-

fragile vinculum *FRONS APERTA, LINGVA PARCA. MENS CLAUSA.* Prius lychnis ardentibus digitos ambussisset, quàm id cujus publicè intererat in promiscuam multitudinis censuram eventilaret. Thoracem si scisset esse consiliorum à Senatu participem, sine morà ad Vulcanum rectà misisset aut Ignatium. Antiquâ linguæ pectoris q; disciplinâ! Apud Persas nemo consiliorum particeps fuit, præter Optimates taciturnos & fidos: apud quos *SILENTII* quoq; Numen cultum fuit. Hispani sæpe tormentis immortui pro silentio rerum creditarum; Usi sunt fortiore Taciturnitatis aurâ, quàm fama vivendi. Hinc Arcana Patrum Consilia & Tacita Senatus consulta celebrabantur, ubi inter pauciores earum rerum dispositio fit, quæ cum omnibus communes faciendæ non sunt. Et *Sanctior* hîc *Senatus* remoto secessu servari consuevit. Catonis magnificentia, Verbum ore nullum emittebat, cujus emissi causâ dolere posset. Alij gestabant in annulis signum Harpocraticum. Erat autem Harpocrates (Sigalion dictus) silentij Deus. Et severa quorundam animadversio Taciturnitatis observata fuit: Xenocrates quidem quotidie unam horam silentio destinatam coluit. Abbas quidam Agathon, ut tacere consuefaceret se, integrum ipsum triennium lapidem in ore gessisse scribitur. Disciplina profecto felicissima! quâ moderatè utebatur *ALEMANNUS*: malè tamen taceri persuasus ad proximo consulendum: bene verò ad litigandum. Divinam

*Valer Max lib 3. c 3. Maurit. El. Sax.*

*Ammian. Marcellin. Justinus.*

*Alexand. ab Alexandr. libr. 4. Genial. c. 11.*

*Capitolni. in Vit. Gord. Auson. ep. 22. ubi Vid. Joseph. Scalig. & conjectan. in Varron. lib. 4. de Ling. Latin. Val Max. l. 7. c 11. Meffret serm. 16, ex sib. Petr. Cantor. Centur. 12. Magdeb. cap. 4.*

tamen rerum ac consiliorum Alethiam amplexo, nõ aberat in ullo sermocinandi modus. Natura mentis humanæ cumplurimum est cœca; nullo negocio persuadetur, ut falsa pro veris æstimet, ac fabulosis affanijs quiescat. In de quorundã ingenijs pertinaciter adfixa calamitas hæret, ut difficulter intueantur in negocio Veritatem omni circumstantiâ nudam: cujus ille Satrapa noster lineam ut transiliret, imparatissimo fuit, quod Principum est, & Consulibus vendicabat scitum: *Semel locutus sum.* *Quod scripsi, scripsi. Unus Calamus: una lingua: immobilis ut lapis angularis, ut Polus in Cœlo.* Legatus Venetus Henrico IV. Galliæ Regi pro decreti alicujus Veneti abrogatione verba facienti, dixit: *Domine; Senatus Venetus diu deliberat, antequam decernat. Sed quod decrevit, nunquam revocat.* Alibi passim inventi sunt, qui se quovis ferri vento perpessi, candoris quoq; prodigalitatem effusè testati, rerum Veritatem extrinsecus à se policiti; sed in penitrali pectoris quidvis aliud molirentur & in actum dare statuerent. Theologis aliqui permiserunt, ut pro re natâ (ne fortassis acerbæ Legis Mosaicæ minis languentem obruant conscientiam) Doctrinam hanc vel illam ad tempus occultent: compassione misericordiæ, non simulatione fallaciæ: nec mentientis astu, sed compatientis affectu. Medicis quoq; concessum, ut qui ægrotat, cupiens aliquid cognoscere, cum sermone lactent blanditer, eaq; quæ secus habent, ingeminent; modò ne commentis plus invitent aut provocent vitæ necisq; Do-

*Decius, in Consil. Frider. Archil. Cons. 250.*

*Georg. Abbatt. Arch. Cant. cap. 1. Illustr. quæst. de Mendac. §. 15.* Theologi Mendaciũ. Medici mendaciũ

minum, quàm placet affuturum operæ & legitimis ægroti medijs; Modò ne titulis remedia promittant, pyxidibus autem venena porrigant. Perinde quasi quidam Politici degunt, & exemplis præferunt Islandiæ montes ubi perpetua Nix alitur in fastigijs; in fundo vero sulfur ardet sine consumtione montium. Horum nihil *ALEMANNUS. Sed INTUS, UT EXTRA, SEMPER IDEM*; pertæsus illorum, qui multoties præter Scopum jaciunt, velut ab ære librantes jaculum, extra Veritatis Regulam. Prudenter! Res enim turpis fuisset; leviusculam rei non servatæ famam de Viro Bono, Senatore Magno dispergi: majus etiam crimen, quàm si quis è plebe deliquisset. Ad incudem ferrum acuitur; ad Veritatis limam lingua: quæ nedum Consularis, sed regia quoq; Virtus est: *Pauca promittendo plurima præstitisse*. Odio quoq; Vatiniano prosequebatur & exsecrabatur Corda Cainica, linguas Semeiticas, labra Doegetica, salutationes Joabicas, oscula Judæ, manus Sauliticas; plane *ALEMANNIUM*, erat.

*Casman. c. 36. mundi immund p. 384.*

*hostem esse atq; inimicum hominum morumq; malorum,*

*Contra defensorem hominum morumq; bonorum.*

7. Candore perspicuo *Chr. VVarsevVitz in Paradoxis.*

Virus ambitionis extremè violentum, quod initio non cognitum, progressu temporis auctum, successibus exaggeratum olim multa mortalium pectora coëgit, ut amplecti speciosa consilia, contemnere

nere ſalutaria, primâ fronte lœta, in receſſu horrida & funeſta ſoleant experiri: hoc omne vitabat cane pejus & angue.

Studiorum liberalium amans & litteratorum obſervantior, quàm pleriq; ad vulgi ſententiam deliran tiũ. qui quia tam pauci ſtudia nunc honorant, ſimul in honoratos eſſe ſe perpetuo facile paſſi ſordibus & ſqualore putiſcunt inertes. Et quid mirum? Naturali judicio fixum eſt & radicatum in humanis pectoribus, ut qui non intelligunt artes, non valdè mirentur Artifices. Male!

*Sidon. lib. 5. epiſt.*

Der gröſſeſte Schimpff der Kunſt widerfehrt. Wen ſie dem dient/ der jhr iſt vnwehrt. Froſchmeußl. *Dreſſer. part. 1. Mill. p. 106.*

Sceptrum Juris & Æqui penes illum ſic erat, ut non admitteret leve ceræ glutinum. Carneades de Romanis dicere ſolitus eſt: Si Juſticiam & Æquitatem ſpectare voluiſſent, res eorum vel ad Caſas fuiſſe redituras. Horum nihil iſte nec auſus: quin uti domi, ſic foris; uti in parvis, ſic in magnis; ut in ſuis, ita alienis agitare Juſticiam id oportere Virum per omnia laudabilem contendit: & uti Philippus II Hiſpaniæ Rex, nihil in gravioribus negocijs tentavit unquam quod *Conſilio CONSCIENTIÆ* examinandum prius non propoſuiſſet ſibi. Advenas in officio, Cives æquo Juſticiæ temperamine tenuit, quaſi quadam Jovis aureâ catena conſtrictos

*animos Legum frenare lupatis*
*blandus ferreus idem.*

*8 Juſticiæ Cultu. Frider. Achil. l. in Conſule.*

*Sira. Simon.*

Motus inteſtinos haut rarò diſpunxit: Priva-

tas cœdium ſicas effregit: libidinum flammas exſtinxit; rapinas avertit; diſciplinæ regendæ tuendæque Morum honeſtatis vexillum ab Autoritatis ſuæ tholo, gravitatis Heroicæ templo, magnanimitatis faſtigio, virtutumq; amœniſſimarum baſilicâ, maximis, medioxumis, minimis, ad bene regendum, æmulandum & ſperandum extulit: vigiliarum haut pertæſus; profectionibus & itinerum copiâ nunquam delaſſatus, commerciorum jura tutatus, privata quoque pacta promovit: conjugiorum ſine queſtu puritatem ſanctè ſervari, dictorum conventorumq; fidē religiosè cuſtodiri: Prætorij, Curiæ, Senatus, Archivorum autoritatem & ordinem inſignitè ad poſteros proferri juvit. Cuncta piè. Singula ſapienter! pleraq; fortiter! omnia graviter & cum *HILARI SERIETATE* Autoritatis; Conſul ſubtilis, acer, diſpoſitus, ad omnia paratiſſimus & firmiſſimus. In facinoroſorum pœnis clemens tamen & Neceſſitatis obſequens: multum ad coercendam audaciam valere propoſitum Punitionis exemplum, dicebat, cum ipſa miſeri perſona viventes & ad recordationem conſcios & ad ſciſcitationem ignaros compelleret. Et Magiſtratum qui punire crimen cum poſſet non puniret, non minus eſſe reum criminis, quàm ſi ipſe perpetraſſet; dicto Ludovici Pij Imperatoris. Alioqui placabilis Iræ

*Paul. Aquileienſis Diac lib. 6. hiſtor. miſcell.*

*P. Lindenberg.*

*altera quid ferret pars, Judex, audijt ante,*
*nec dixit Nocuos innocuosq; prius.*

Athe-

Athenis MISERICORDIÆ Templum erat, quod orandi causâ nulli licitum fuit ut ingrederetur sine singulari consensu Senatus & licentiâ. Solis enim misericordibus & clementibus hîc patuit aditus. Hoc ipsum ille frequentabat Athenis, non Græcis, sed Alemannicis: nec refugit reorum solicitudines; quod oportet eum facere, qui singulorum pariter & cunctorum saluti velle positus est. Hercules ubi venisset consulturus Apollinem, responsum abstulit à Pythiâ: *Jam, qui responsa daret, Apollinem non esse domi.* Quâ velut injuriâ commotus Hercules audax ille, vaticinij tripodem corripiens Apollini bellum indici fecit, simul inde Victor evadens *JOVEM* autem antiqui suavissimis appellationibus claresc ere fecerunt, ut non *PATREM* solùm *PATRIÆ* mansuetum, deq; salute suorum satis solicitum: Sed etiam in cœteris ἱκέσιον dicerent, qui non fastuosè supplicum libellos abjiceret & respiceret; sed audiret placidè, cognosceret gratiosè, próq; re natâ conficeret. Et

*Sic placuit* Magno, *qui Nos distinxit*, *OTHONI.*

Litium proclivitatem & jurgia non valdè necessaria damnando, liquidas solicitationes audiebat & responsa placida dabat *ALEMANNUS*, memor; quod *Calumniæ litium destruxissent Vetus Imperium*: impertiens ipse cuivis *Justum* Jus: optimâ (uti debet fieri) forma. Nam *Jus* quod Germanis *Rectum* dicitur quandoq; minimè *Rectum*, sed sæpe per omnia curvum perplexum, & litigiosis labyrinthis involutũ

*Macrob. lib. 3. Saturn.*

*Boccat. lib. 2. c. 9.*

*Aret in Pind. 6. Olymp.*

*B. Caminæus.*

Das Gerechte recht.

Das Unrechte recht

*Magn. Pegel. thes. rer. p. 30.*

trahitur: ubi *litigantes magnos impendunt sumtus; at in taxa reportant Obulum pro Aureo.* Hac *ALEMANNA* vi Virtus neminem presſit unquam; & ne privatarum ſerram litium traxit quidem, ab omnibus inteſtinis contentionibus alienisſimus. De ſuis inimicis enim tacebat, aut honorificè ſaltem loquebatur; à convicijs & maledictis omnimodè abhorrens. Proficiscebantur hæc omnia, quæ dixi ab excelſo ejus animo, quo cuncta peſſima fortiter ſternebat evertendo.

Quoties curiam ingrederetur, aut invehi tandem [ob enervem jam Senectutem] pateretur ſe, Moderatori Reipublicæ Beatam Civium Vitam oportere eſſe propoſitam recolebat: Sibique quaſi nauclero curſus ſecundos; quaſi Medico ſubditorum Salutem; quaſi Imperatori Patriæ victoriam ſtatuebat ob oculos & animi ſolicitudinem. Celebre Romani Senatus Juramentum alicubi legitur, his fere verbis:

Juramentum Senatorum.

*Juro per Jovem Olympium, & Conſiliarium, & per Veſtam Conſultricem, & per Jovem Maritalem, & Junonem Maritalem, & Minervam providam, & Victoriam, & Venerem, & Amicitiam, & Concordiam, & Jus atque fas, & Bonam Fortunam alioſque univerſos Deos & Deas, me ſententiam velle dicere ſecundum leges & conſulta a Civitate approbata, & ſecundum Decreta Romanorum, & leges, quibus noſtra Reſpublica adminiſtratur in reip. utilitates Patriæ, pro Viribus meis, non aliter quam is fecit, qui Senator fuit laudatiſſimus Patriæ ſuæ vel Romanæ vel Græcæ Civitatis, neq; gra-*

*tiæ, neq; odio, ueq; muneribus patiar servire Judicium consultumue meum. Neq; privato addicam sententiam meam, neq; me ulli parti aut homini adjungam, sed tantum commni utilitati aucturus pro Viribus Rempublicam, ita ut Dij & boni Viri volunt. Mihi quidem Sanctè Jurato bene sit, & Dij atq; Damones faveant, itemq; meis omnibus, cum amicis, cum universo generi atq; familiæ. In perjurio verò deprehendar nunquam.*

Blasphemis quibusdam erasis hoc tuum erat, *ALEMANNE*, qui Civibus exemplum eos facere rectè, rectè faciendo, docebas Consulatu magnus, major Exemplis. Laudabiliter! nam

*Si malè se, clavo qui præsidet, ipse gubernat;*
*quid mirum est? navem non bene posse regi.*
*In populum peccata ruunt communia regentum,*
*hinc est, quod populum tristia fata manent.*

O verò Consulem verè Consulem! qui *Scal. de Aristot.*

*Unus in omnes; Singulis Omnes eras.*
*Penes Deos homo, penes homines Deus.*

Tu Patriæ ætates; Tu jura publica Civitatis; Tu privata Civium; Tu domesticam, & externam disciplinam; Tu fœdera cum vicinis, pacta conventa cum socijs sciebas. Felicissime per Te Respublica omnia & loquebatur & agebat: nihil tibi novum, nihil erat arduum. Omnia animo præcepta, præmeditata, pertractata gerebas. Ad omnia Reipublicæ tempora, casus, peri-

cula, præ manu ſtatim & conſilia & remedia inveniſti. Nec tantum præſentia bona vel mala, ſed quod multo divinius eſt futura tanquam ab altisſimâ ſpeculâ, excelsâ animi Sapientiâ luculentisſime vidiſti, certisſima denunciaſti: nunquam perplexus, nunquam oblitus, nunquam fallus. Hoc demum *ALEMANNICUM* eſt: imo hoc eſt *SAPIENTEM* eſſe. Euge Anima ſic Ratione & Sapientiâ gubernata, nec ſecum pugnans: non ſolum opus eſt Dei, ſed etiam Dei pars quædam: neq; ſub ipſo, ſed ab ipſo, & ex ipſo.

*Scal. de Plantis. P. 393.*

Tandem; Cum unum omnes adſequi felicitates impoſsibile ſit, omnia mala deſpexit alto quaſi ſupercilio, ſpem in ſese & iñortalitate ſui ſeponens, ſic ſemper & ubiq́ue vivens, ut ultimam quamvis lucem veluti non redituram transmitteret: nihil ei malum erat, cui non ſciret remedium; nihil infortunij, quin prænoſſet; nihil calamitatum, quin præviſas contemneret. Ita Virtutis & Sapientiæ galeâ præmunitum pectus geſsit, ut cunctos Fortunæ interdum Inſanientis ictus exciperet, præverteret, elideret. Longè alienior ab exemplo Regis Hiſpanorum, qui cum à Deo caſtigatus eſſet, tam impatienter tulit, ut injuriâ à Deo illatam ulturum ſe juraret, & mox edicto caveret: *ne proximo decennio ſubditi Deum adorarent, nec in eum crederent, nec de eo loquerentur.* Deo verò propinquior erat Noſter, & affinis Cœleſtibus Subſtantijs. Cœtera Lunæ ſubjecta patiuntur vicisſitudinem, varijsq́; ſunt objecta motibus. Non Hic is erat

Ani-

Animus. Mobilis ingenium Mundi negligens, ipſe non variabilis. Quaſi ſphæricum mundi corpus aſſiduâ motione rotabile, motu non indiget, nec tamen ullo ſe ſaturat. Omnis enim alterationis eſt ſecurum; terreos vapores adſpernatur: & eos unde venère ſic retrudit, uti priusquam adſcendant, diſplodat & extenuet. Idem ille inconcuſſus: nec gloriâ mobilis, nec externi livoris adſperſu contaminatus; nec indignans, nec metuens ſquallorem; nec ſanitati timidus; nec morborum quidem pertæſus: obvium omne mente magnâ arripiens, ſuperans. Interim uti Index, quem uſurpant & nominant Nautæ *Acum Nauticam* ſemper Polum Articum contuetur, & quocunq; illam conſtitueris nusquam alio deflectit ſe: nec impeditur, ſive aureis ſive ligneis includatur arculis: ſic illi, ſemper oculis in cœlum erectis ad æternæ felicitatis Pharos, nihil erat obſtaculo ad Beatitudinem, aut opes, aut mediocres divitiæ; aut gloria, aut invidia; aut hujusmodi quæ profanum vulgus æſtimat. Perpetuum illi Bonæ Conſcientiæ convivium erat. In quo pro Symbolo ſibi ſcripſerat: RECTE FACIENDO NEMINEM metuas.

*Pint. c 4. in Ezechiel.*

*Juſta age: non Satanam cura, non probra: nec auram*
*Vulgi. Laus vera eſt, ſi facienda facis.*

*G. Baltha. Exner. Paul. Geſner. Leich begengnis. H. VVitzend.*

Tu, Civis, quicunq; es, tantam à tanto Viro Fortitudinem diſcere memento, ut adſuefaxis te ad quamcunq; ſortis partem & periculum. Nam ſive vi-

ribus, sive genere, sive claritudine majorum polleas, sive demiq; Fortunâ præcellas ipsum Alexandrum, qui Africam Asiæ imperio, & utrisq; Europam conjunxit: felix tamen esse negaberis, nisi egregiâ animi moderatione rebus in omnibus utare, nihil moratus sive vulgi favorem sive livorem; frustrâ enim invidetur illis, quos Deus & Fortuna contegunt.

*Lenœius in Observat Politic.*

Jam cum ad conspicilla veniisset, *ALEMANNE CONSUL*, ætas tua provectior, tum quod tibi defiebat viribus, ingenio compensabas. Ut verum & explanatum illud faceres, quod

*Intentione Animi & vigore sæpius*
*plus promoveriet solet quàm Corporis.*

*Panth. Candid. de Aquil. & Testud.*

Cumq; in extremâ Vitæ tegulâ stares, sacris Christianis ad Mortem armasti te: nec tamen oblitus Patriæ & Civium salutem: nam ut Pindarus Ephesiorũ (bono titulo) Tyrannus omni memoriæ Patriæ dignitatem intimavit, libertatem ejus adeò vindicando, ne quà perveniret in aliorũ potestatem; hoc pacto consecravit urbem eorum *Dianæ*, sic ut funes à portis & mœnibus istius Urbis ad Divæ, quam dixi, Templum adpendéret: postquod in Spontaneum ad Peloponnesiacos exilium iviisse dictus est: idem tu morte tuâ contestatus es, quomodo DEO Patriam conciliares obligatam, ut ejus urbis quasi funes ad Cœli Templũ artifici precũ malleo suspenderentur; post quam devotionem Bonis auspicijs in humanæ vitæ exilium sine periculo transijsti Vir Vitâ & Morte consentaneus, Civis idem & Senator & Consul Optimus. Infelix autem occasu tuo Patria miserè indoluit, dum *Te moriente* perdidit

*Ælian. lib. 3. Var hist. c. 26.*

*Discre-*

*discretione Socratem, deliberatione Pythagoram, explicando Platonem, consulta informando Aristo- commorando Fabium, simulando Crassum, (telem, dissimulando C. Julium, dissuadendo Appium, Suadendo Catonem, & persuadendo Ciceronem.*

dicendi copiâ affluentissimum, morum & Vitæ integritate perfectissimum, in omni genere consumma, tissimum, inquam,

*Hierophantam Virtutis & Sapientiæ.*

Cujus meritissimò Belgo-Lipsicum scribatur Epitaphium:

*Quanquam Aliàs Felix,*
*Quod Peperi Magnum* { *Felix Tamen Hoc Quoq; Dicor*
*Belgia Lipsiaden.*
*Virgo Alemanniaden.*

Jam Cives vestrum est, imò, nostrum, ut dum ille in Cœli non tantùm præliminium, sed penitissimũ Amicitiæ Dei contubernium accersitus est, ne patiamur ut immortalitas sui nominis apud nos mori videatur. Vivat, ô vivat semper atq; latius in Memoriâ nostrâ sermoneq; versetur honorificè. Quo pacto Bonæ Mentes etiam excitantur ad Exemplum. Nam laudata sequi, facilius putant perinde ut negliguntur proclivitèr illa, quæ laude carent & gloriâ. Imo si quisq; Fortium Virorum justum à morte nanciscerétur Encomium, næ præstantissimos in omni Republ. Cives essemus habituri.

*D. Valent. Hartung.*

*LAVDE DIGNOS Laudibus obrui*
*HÆC VERA LAUS EST.*

CHARIENTISMUS
ad
*Virginem verè Minervalem*
ELISABETHAM,
*Prudentiss.mi & circumspectiss.mi Viri*
DN. VVILHELMI
DUISEN,
Consulis Vet. Magdæb. honoratiss.mi
p.m. Filiam.
*SPONSAM:*

NUnc prodi Puellarũ ó tu Lilium; formosissimarum una Pandea prodi *Dysia*; formæque radijs tuę & nitentiâ Cyrum hunc tuum percelle.

JOHAMNEM JOHANNIS
MARTINI Filium.

Illum qui *Vivum sui PATRIS Epitaphium est*, & suas Virtutes illustrare pergens jisdem Ejus sepulchrum laudabiliter exornat: prodi ut paciscatur tecum pactum & fœdus honorabile & à typo cælite præquàm nobile.

*Si utilium scripsere Patres non nubere prisci:*
*Dulcius, at multi, nil fore conjugibus.*

Morem ergo tene fidelissimæ Vetustatis; & fac exem-

plo

*Vox Tiberij imperator. ad Maurit. Fil apud Nizephor. lib. 18. hist. Eccl 6.*
*Prov 2.6. 17. Mal 2. 6.14.*
*Bonaven. à Kirchen.*

plo parentum, qui ſine Nuptijs ſi fuiſſent, vos ipſi non eſſetis: compara tua ſacra *JUNONI TELIÆ*, ut *ALEMANNO* Generi tribuas immortalitatem per diſperſæ Familiæ ſeminarium: collige Pupas, ſuſpende capillos diviniori Veneri & amænitatibus: aſſide *CAMILLO ALEMANNIO* verenter illi tuo, qui facie liberali & ingenuâ totius corporis pulcritudine non minus Excellentiſſimi *Patris* mores quàm Nomen, Os & vultum refert, totumque *GENITOREM* mirâ ſimilitudine exſcripſit, ipſe litteratus, diſertus, comitate juvenis, ſenex gravitate; cujus mira probitas, felix conſtantia, decorus habitus, magnum ingenium, æquale judicium, certum nobis *PATRIÆ PRIMIPILUM* obfert atq; policetur: qui donet ſuam nobis *EX TE* duraturam usque memoriam & memorabile Familiæ decus. id quod

*Secundent perpetim.*
*Qui cunq; Divi Te ſibi conciliant.*

O jubar; ô columen Viri, ô lux ſola, Virginei ſplendoris adn ſrandum opus tu, & *Magnanimi ſoboles genitoris*, gratiam obferens nativis Virtutibus

*Præcipitate moras; cauſas quid nectis inanes?*

Collude dum ſanguis calet, & ſolido ſtant corpore vires plusvegeti ac hilares optatè jungere Noctes aude. Atque auge Familiam hujus Urbis antiquiſsimam ex quà tot Proceres prodiêre Viri certè quidē omni ſapientiæ laude, rerumq, geſtarum copiâ clarentiſsimi, deq; Patriâ noſtrâ bello paceſummè meriti: quorum ſemper inconcuſſum erga Deum amorem & religioſè ſtudium, doctrinam exquiſitam, eximias rerum gerendarum ab ingenijs dexteritates, rectitudinem judiciorum, experientiam undiquaque rerum, virtutum Equeſtrium peritiam, ſingularem animorum fortitudinem, innocentiam, gravi-

tatem & prudentiam clarè perſpectam & lucidè probatam, teſtentur ſine me juvat Annales: & ille ὀρθοπολις cujus mihi memoria ſacroſancta eſt.

Ingenio Cæſar, Cato moribus, ore diſerto.
Tullius, & caſtæ Scipio mentis ovans,

*Elias Pomar Theol. Hiſtor. & Poët. accuratiſ. noſter.*

*JOHANNES MARTINUS ALEMANNUS.*

cui tu ſimilem produce propagem.

Tu quoque *NEONYMPHE Lectiſſime.* Et quidni? In capitolio Romæ circa ſedilia ſcriptum fuiſſe dicitur: *Sola & clara VIRTUS Nobilitas eſt.* Quâ Duce optimè Reipublicæ conſulitur. *Non aliena quis, ſed propria glorietur, nedum præclara majorum nititur jactare facinora, ſe potius degenerem tacitè fateri videatur. Summo itaq; ſtudio ad eã anhelet, ut virtute præditus cõſulendo proſit Reip. Senatuiq; Romano.* Ita tu *Virtute* tuâ qua clares Reip. Senatuique *Magdaburgenſi.* Exſere & conſpicuam ſimul effer Virtutis indolem tuæ, in nova ex Te *Düſiâq;* viragine tuâ ſobole & *σὺν θεοῦ τύχᾳ* felicisſima EUTECNIÆ copia. Cum quâ tua *Tanaquil* non externam tantùm formam & opes; ſed internas etiam dotes & nobilitates eleganti participio copulatas in orbis & urbis uſum noſtræ profundere non gravabitur. Tu pariter ut Familiam honorabilem ſtrenuè tuis copijs augeas, tibi ſimiles *tuoq; Parenti vivas Imagines* ſtatue procreando & prudenter ac religiosè inſtitue gubernando, ut cum adoleſcent, Patriæ, Vobis & cuncto conſanguini, præſidio, oblectamento, honori ſint & uſui. Nam eâ fine qui viginti annos natus uxorem non duxiſſet, peccare dictus eſt contra Præcepta Domini. Et ipſe Auguſtin. meminit pertinere ad Virtutis officium, vivere Patriæ, & propter Patriam procreare Liberos; &

*Cypræus. tract. de ſpõſal. c. b. §. 4. n. 6.*

*Auguſtin. l. 19. de Civ.*

*P. Glandorp*

*Legibus adſtrictus ſocialia fœdera Vitæ*
*Cum Libertatis munere Civis amat.*

Ergo

Eja age te, *sine omni querelâ* exprimi jucundisſimè, quod *Gratâ Uxore frui favor eſt non parvus. Et illam Ex uno natos gignere poſſe ſuos.*

*Qui non habuit Uxorem, neſcit quid ſit bonum.* dici ſolet, facite Vos ſoſpites periculum.

Eja agite Quod *Fœlix Fauſtumq;* ſit vobis, prodite Vos, quos Amor iſte, qui Joves indomitis flammis accendit, Martes bellicoſos face ſuâ cõpeſcuit, Vulcanos inter Ætnæos ignes illæſos unicâ ſcintillâ exurit: prodite dum ſanguis vegetus calet.

*Adſpicite in veſtris ut vultibus omnia figant*
*Seſe ora, & denſi ſe glomerent Oculi?*
*Fauſtisq; ominibus paſſim comitantur euntes*
*Et cru clara poli ſidera proſpiciunt.*
*Vos fore, qui Patrum Virtutibus æquiparetis*
*nomina, queîs conſtet publica vixa ſalus.*
*Quinq; choris, epulis, ludis & amoribus inſtat,*
*Per fora, per choreas, per templa, per arva, per hortos.*
*Bartolus in gyrum jam ductat pocula; Baldus*
*Ad calices ſiſtit ſe. Votis (Lux) alma favens eſt.*
*Salve ô magnanimi Proles generoſa Parentis*
*Et tecum innumeros conjux tua tranſigat annos,*
*Volvite conſtantis vaga ſidera volvite curſus.*
*Junc, Venus, Charites, Phœbus, Diana, Minerva,*
*Relligio, Pietas, Thespiadumq; chorus*
*Aurea progenies terras colet, aurea paſſim*
*Copia abundanti gurgite fundet opes.*

9. *Veriuſius Tornutius.*

*Damas. Blyenburg. in Hortul. Amoris.*

*Simon.*

*Petr. Angelius.*

*Fr. Apoſtolius.*

*D. Baudius.*

FAMA
LECTORI SINCERO.

*Laudavi merentes ALEMANNOS Meos, amice mi candide, Non ut cæteris in illâ Republicâ Dynaſtis antiquitate perinde nobilibus & induſtriâ claris aliquo præ-*

*metie*

*metio precium celebritatis antevorterem. Nam sua quemq; manet Laus honor & suus. Sed ut satisfacerem industriæ quam debere me pranoveram. Si tamen nimis abjectè dixi, quàm illorum dignitas meruit: laudibus quidem non ὅλῳ τῷ θυλάκῳ profusis, dabis hanc jam-tenuitati veniam, Nimirum utile visum fuit, nonnulla relinquere Lectorum scrutinio: & Enarrationum illa Lex est, plerisq; narratis quadam auscultanti domum committere, quæ pensiculatius expendantur: Nec ignoro quanta laudi ducatur Brevitas. Cujus major est commoditas; quæ nec facile reprehenditur, sed caret fastidio. Invidiam autem ad aures & nauseam in bilibus creat diutius laudum unius immorari Catalogo. Ergo igitur hac lege, non quàm multa, sed quam vera dicerem à me cogitatum fuit. Jam, & ne quisquã mihi Aulemata Carica oppangat, eos attestor, qui vivum ALEMANNIUM & inclitam ejus familiam penitus per noverunt quotidie conversati. Sic supersedebit Opinio, me PRÆ CUNCTIS UNAM FAMILIIS extulisse. Quid? quod nec ceteras OBLIVIONIS Vespillo cum cadaveribus & emortuali ponpâ statim in idem feretrum compegerit. Demum, Lector Humanissime, ubi prosperrimè precatus fueris huic FAMILIÆ, & germinantibus hodie in florem Neonymphis PATRICIIS ALEMANNO-DUSIIS, insuper Deo mecum supplica:*

Chr. Coler. lib. 3. Cur. Juven. c. 3

*UTINAM FILIÆ THEMIDIS PAX ET JUSTICIA, BONI QUOQUE MORES ARCEANT AB URBE NOSTRA CONTUMELIAM. UT LICEAT NOBIS IN REPUBLICA VITAM ET SPIRITUM DUCERE SINE SUSPIRIO & Lessibus.*

Τοῦτο γενηθήτω.

FINIS.

AB 155 042

ULB Halle 3
002 417 774

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588891-p0050-1

CLARIGATIO

# ALEMANNIÆ FAMILIÆ

SEORSIM DE

CONSULARI GLORIA ET MEMORIA

VIRI AMPLISSIMI Dn.

## JOHANNIS-MARTINI ALEMAN,

Hæreditarij in Bönnekenbeck & Rodenſehe; qui, dum lumen ſolare teneret, Arx & Murus erat Curię; Princeps ac culmen Senati; cuſtos Legum; defenſor Libertatum; lumen ac decor Civium; Commune Bonorum Aſylum; Litterarum ac Litteratorum Pharos ac nobile Delicium, FAMILIÆ Senior ſuæ, ſemperq; viva Lampas, exemplar virtutum atq; intimus Autor, Dux ſimul eximius, Normaq; perpetua.

*Cujus viva facies illuſtri flore verno germinat excipuè*

IN VIRO, MUSIS, THEMIDE, GRATIIS FULgentiſsimo; Dn.

## JOHANNE ALEMANNO,

Viri tanti tanto Filio, quanto ad famæ præconium ſufficit; Patritæ Gentis ſidere conſpicuo: clarorum in Republicâ Magdæburgenſi Virorum Primicerio:

*Linquere qui ſimiles cupiens poſt Fata Dynaſtas, & Patriæ Patres*
*ſe Genitore Nobis*

Ave felici; μοιρηδίῳ παλάμᾳ præeunte; oculis auritis, auribus oculatis, animo circumſpectiſsimo, ſelectiſsimam

*VIRGINEM*

Corporis, ingenij, Fortunæ, Virtutis ornatu locupletiſsimam,

## ELISABETH DUISEN,

VVILHELMI Conſulis Filiam;

Lectiſsimum illud Braſſillæ ſpeculum; nobile Naturæ Roſetum; Cujus formæ nihil Ariadne aut Leda habuit ſimile vel amplius: pio ſibi matrimonio combinat.

*Hymenæis proſperiter adplaudentibus, ὅρτων δ' arrigente, & audita viſa-præſiſcini commemorante.*

M. JOHANNE BLOCIO.

*Magdeburgi, Typis* ANDREÆ BEZELI, *Anno* 1620.